ostium intrando. Oues sunt ex eundo et pascua inueni-
endo. quomodo ergo isus dixit non estis ex ouibus meis
quia uidebat eos ad sempiternam futuram perditionem
non ad uitam aeternam sui sanguinis praetio compa-
ratos. Oues meae uocem meam audiunt et ego cognos-
co eas et secuntur me et ego uitam aeternam do eis. Dicit
enim cognosco eas. consuetudo sanctae scripturae est di-
cere dominum nosse que quid eligit apostolo dicente nouit
dominus qui sunt eius et illud nescire quod non ad probat
dignum uitae aeternae unde ad impios dicitur us erit
non noui uos. Sequitur de ouibus et ego uitam aeter-
nam do eis. haec sunt pascua quae superius promisit
ouibus suis ubi nulla herba arescit totum uiret to-
tum uiget totum integrum permanet et que quid
semel accipitur semper habetur et non peribunt in
aeternum. Hic subaudiendum est quomodo uos per-
bitis quia non estis ex ouibus meis. Et non rapit eas
quisquam de manu id est potestate mea pater meus
quod dedit mihi maius omnibus est quod dedit pater
filio maius est omnibus ut ipse illi esset unigenitus

filius aequalis consubstantialis; Quid est quod de-
 dit utique gignendo dedit; quia non minorem si-
 bi genuit non tempore posteriorem sed coaeternum
 sine initio temporis semper dnm non est dicendum
 non erat antequam natus erat numquam enim
 non natus erat qui patri coaeternus erat, quis sapit
 capit qui non capit credat, nutriatur fide ut possit
 capere uerbum di quia quia uerbum filius semper
 ergo filius et semper aequalis non enim crescendo
 sed nascendo aequalis est, qui semper natus de patre
 filius de deo ds de aeterna quo aeternus; pater au-
 tem non de filio ds filius de patre ds, ideo pater ideo gign-
 endo dedit ut ds esset gignendo dedit ut aequa-
 lis esset hoc est quod maius est omnibus, ideo trans-
 cendit iste iohannes omnes altitudinis creaturas
 et milia exercitus angelorum et magna omnia et
 peruenit ad illud quod maius est omnibus et dixit,
 in principio erat uerbum et uerbum erat apud dm
 et ds erat uerbum; hoc est quod maius est omnibus est
 id est ut si uerbum eius ut si unum genitum filius ei
 ut si splendor lucis eius; Ideo nemo rapit oves de
 manu eius et nemo potest rapere de manu patris mei,
 manus patris et manus filii una manus est; id est una
 potestas quia una diuinitas una maiestas una eter-
 nitas una aequalitas, quam uidelicet aequalitate
 ipse dñs in diuinitate habuit priusquam mundus es-
 set apud patrem ipse in humilitate ex tempore incar-
 nationis accepit, et nemo potest rapere de manu pa-
 tris mei; Aperte dñs uttellegi unam atque indissi-

mitem esse manum hoc est uir tatem suam et patris
atque ideo xpm se esse credendum quia non sicut ceteri
sci factus per gratiam ex tempore sed uerus semper ex
titerit filius dei quod etiam sequenti sententia luce
clarius aperit dicens: Ego et pater unum sumus. unum
inquit sumus unano bis substantia. una est diuinitas
una aeternitas perfecta aequalitas. dissimilitudo nul
la quibus profecto uerbis non praesentem solummodo
iudaeorum quaestionem quam an ipse esset xps inter
rogabant explicauit sed etiam hereticorum perfidia
quam futuram prauidit quantum sit ex sacra mone
trauit conticescat sabellius audiens. Ego et pater qui u
nam personam patris et filii praua doctrina differunt.
Namego et pater duae sunt personae. Item erubescat
arrius audiens unum sumus quid duas naturas in pa
tre et filio asiruit dum unum unam naturam significat
sicut sumus duas personas. Sequamur apostolicam fi
dem quam beatus petrus princeps apostolorum confes
sus est. tu es xps filius dei uiui; Iudaei uidelicet uerba dei
audientes et ut usque sustinuerunt. Dum uero ait. Ego et
pater unum sumus non per tulerunt sed more suo du
ri ad lapides cucurrerunt sicut euangelista dicit; tu
lerunt lapides ut lapidarent eum; Dns quia non pa tie
batur quod nolebat pati et non est passus nisi quod uolu
it pati. Adhuc eos lapidare cupientes alloquitur.
sustulerunt iudaei lapides ut lapidarent illum. Res
pondit eis ihs. multa opera bona ostendi uobis ex pa
tre meo propter quod eorum opus me lapidatis et illi res
ponderunt. de bono opere non lapidamus sed de blasphemie

mia, quia tu homo cum sis facis teip sum dm, Ad illud
 hoc responderunt quod dixerat. Ego et pater unum sumus,
 ecce udae intellexerunt quod arriani non intel
 legunt, Ideo enim irati sunt qm senserunt non posse di
 ci, Ego et pater unum sumus, nisi ubi aequalitas est patris
 et filii, Dns autem uidet qui responderit pater uis uidet
 eos non ferre splendorem ueritatis et eos temptant in
 uerbis; nonne scriptum est in lege uia id est uobis da
 ta quia ego dixi dicitis, Dicitur per prophetam in psal
 mo hominibus, Ego dixi dicitis. Et legem appellauit
 dns generaliter omnes illas scripturas quamuis ali
 bi specialiter dicit legem. A prophetis sciam distinguens
 sicut est lex et prophetae usque ad iohannem et in his duo
 bus praeceptis tota lex pendet et prophetae, Aliquando
 autem in iura distribuit easdem scripturas ubi autem opor
 tebat impleri omnia quae scripta sunt in lege et prophe
 tis et psalmis de me; Num uero etiam psalmos legis no
 mine non cupiunt ubi scriptum est, ego dixi dicitis,
 filios dixit deos ad quos sermone factus est et non potest
 solum scriptura quem pater scificauit et misit in mundo,
 uos dicitis blasphemias quia dixi filius dei sum; si sermone
 factus ad hominem uocareretur tuum ipsum uerbum
 dei quod est apud dm; quomodo non est ds; si per sepe
 monendi sunt homines tu, si participando sunt tu
 unde participant, non est ds si lumina in luminata
 du sunt, lumen quod illuminat quomodo non est ds;
 sic alii facti quodam modo igne salutaris tu efficiuntur,
 unde calefiunt non est ds; accedis ad lucem in
 luminari et inter filios dei numeraris, si recedis salu

mine obscuraris et in tenebris computaris. Illud ta-
men lumē nec accedit ad se. quia non recedit a se. si ergo
uos deos facit sermo dī quomodo non est dī uerbum
dī patris. Ergo scificauit filium suū et misit in mun-
dum. forte aliquis dicat. si pater eum scificauit. ali-
quando non sēs. sic scificauit quomodo genuit. ut enim
sēs esset gignendo et dedit quia sēm eum genuit.
Nam si quod scificatur ante non erat sēm. quomodo di-
cimus dō patri. scificetur nomen tuum. Si non facio o-
pera patris mei. nolite credere mihi. si autem facio et mi-
hi non uultis credere. operibus credite. ut agnoscatis
et credatis quia in me est pater et ego in illo. Quomodo
possunt dicere homines. si eum benecogitamus in dō su-
mus et si bene uiamus. dī in nobis est. fideles partici-
pamus eius gratiam in luminati ab ipso in illos sumus et
ipse in nobis. sed non sit unigenitus filius ille in patre et
pater in illo tanquam aequalis in eo. uel est aequalis. De-
nique nos aliquando possumus dicere in dō sumus et dī in
nobis. ego et dī unum sumus. Numquid possumus dicere
in dō es. quia dī te continet. dī est in te. quia templum dī
factus es. sed numquid quia in dō es et dī est in te. potes di-
cere. quia me uidet. dī uidet. quo modo unigenitus dicit
quia me uidet uidet et patrem. ego et pater unum sumus.
Agnosce proprium dī et munus serui. Proprium dī est
aequalitas patris. munus serui est participatio saluato-
ris. quaerebant ergo eum ad praehendere. ut inam ad
praehenderent. sed credendo et intellegendō non facien-
do. et occidendo. Queriebant ergo eum ad praehen-
dere. dum eum ad praehendere uoluerunt. quid eis fecit.

exiit de manibus eorum. Non enim ad praehenderunt
 quia manus fidei non habuerunt, et quia noluit quipo
 testatem habuit animam suam ponere non ad praehende
 runt eum. Dum autem uoluit ad praehensus est ab eis ma
 nibus iniquitatis. Et abiit iterum trans iordanem ad eum
 locum ubi erat iohannes baptizans. primum et mansit ibi
 et multi uenerunt ad eum et dicebant quia iohannes qui
 dem signum fecit nullum. Meministis uobis dictum
 de iohanne quia lucerna erat et dicit testimonium perhi
 bebat quid ergo istidixerunt. apud senullum inquirunt
 miraculum ostendit iohannes, non demonia fugauit
 non expulit febrem non cecos inluminauit. non mor
 tuos suscitauit non tormilia hominum de quinque ut
 septem panibus faciauit non super mare ambulauit
 non uentis et fluctibus imperauit. nihil horum fecit
 iohannes et totum quicquid dicebat. huic testimonium
 perhibebat. per lucernam ueniamus ad diem, job
 nullum signum fecit. Omnia enim quaecumque dixit
 iohannes de hoc uera erant. Ecce quid ad praehende
 runt non quomodo iudaei uolebant praehendere dis
 cedentem ad praehenderunt. isti per manentem. Dem
 que quid sequitur et multi crediderunt in eum.

Erat autem quidam languens lazarus ab ethania
 decastello mariae et marthae. plurima uero in hoc
 miraculo resuscitati lazari manifestasunt. Exposi
 tionem in singulis non queramus ut liberius necessa
 ria pertractemus. In superiori lectione meministis
 quod dñs exiit de manibus eorum qui lapidare eum uo
 luerant et discessit trans iordanem ubi ioh baptizabat.

¶ In ergo dñs constituto infirmabatur in bethania laza-
rus; quod castellum erat proximum hierosolymis;
maria autem erat que unxerat dñm unguento: et ter-
sit pedes eius capillis suis; Cuius frater lazarus infir-
mabatur; miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes;
Jam intellegimus quomiserunt ubi erat dñs; qm̄ absens
erat trans iordanem scilicet miserunt ad dñm nuntiantes
quod egrotaret frater earum: in si dignaretur uenire
et eum ab aegritudine liberaret: ille distulit sanare ut
possit resuscitare; Quia ergo nuntiauerunt sorores eius
s. Dñe ecce quem dñs infirmatur; Non dixerunt ueni;
amant enim tantum modo nuntiatum fuit; non au-
sesunt dicere ueni sana non sumus ausi dicere ubi
be ethiesit; Cui enim non est istae si fides illius cen-
turionis in de laudatur: aut enim non sum dignus ut in-
tres sub tectum meum: sed tantum die uerbo et sanabitur
puer meus; nihil horum istae sectantur modo; dñe
ecce quem dñs infirmatur. Sufficit ut noueris non
enim amas et deseris. Dicit aliquis; quomodo per laza-
rum peccator significabatur: et ad dñm sit amabatur: au-
diat eum dicentem; non ueni uocare iustos sed peccatores.
s. Si enim peccatores dñs non amaret: audiens autem ih̄s di-
xit illis; infirmitas haec non est ad mortem sed pro glo-
s. riadi: ut glorificetur filius di; talis glorificatio ipsius
non ipsum auferit sed nobis profuit; hoc ergo ar-
s. non est ad mortem: quia ipse non est ad mortem
sed potius admiraculum; Quos facta crederent homines
in xpm̄ et uiderent ueram mortem; Sane uidere quem
amandum tamquam ex obliquo dñs dñs seclinet propter

quosdam qui negant; Nam sunt heretici qui hoc negant
quod filius dei sit deus. ecce audiunt; Infirmetas haec inquit
non est ad mortem sed pro gloria dei; Quia gloria cuius dei.
Audi quod sequitur; ut glorificetur filius dei; Infirmetas
ergo haec inquit non est ad mortem sed pro gloria dei. ut
glorificetur filius dei per eam; per quam per illam infir-
mitatem; Diligebat autem ihesus martham et sororem eius ma-
riam et lazarium; Ille languens illa etris res. omnes di-
lecti; Sed diligebat eos et languentium saluator im-
mo etiam mortuorum suscitator. et tristium consola-
tor; Ut ergo audiunt quod infirmatur. tunc quidem man-
sit in eodem loco duobus diebus; Nuntiauerant ergo illa
mansit illic ille. Tam diu tempus ductum est. quousque
quadriduum compleretur; Non frustra nisi quia for-
te immo quia certe et ipse numerus dierum. intimat
aliquod sacramentum; Deinde post haec dicit discipu-
lissimus. Eximus in iudaeam iterum ubi penes fuerat la-
pidatus; Qui propterea inde discessisse uidebatur ne
lapidaretur; Discessit enim ut homo sed in redeundo
quasi oblitus infirmitatem ostendit potestatem; Ea-
mus inquit in iudaeam; Denique hoc dicto uidete quem
am modum discipuli territi fuerint;

Dicunt ei discipuli; rabbi. nunc que-
rebant te lapidare iudaei. et iterum uadis illuc; Respon-
dit ihesus; nonne duodecim horae sunt diei; Qui sibi uultis
ta responsio illic dixerunt; modo te uolebant lapidare
iudaei. Et iterum uadis illuc ut te lapident. et dicit; non
ne duodecim horae sunt diei si quis ambulauerit in die
non offendit. quia lucem huius mundi uidet; si autem

ambula uerit. nocte offendit. quia lux non est in ea; De die
quidem locutus est sed ad nr̄am intelligentiam quasi ad
huc nox est; Inuocemus diem. ut repellat noctem. et cor
lumine inlustrat; Quidem in dñs dicere uoluit quantum
mibi uideatur. quantum subiacet altitudo profunditas;
quid sentiat. Ardeat quere uoluit dubitationem illorum et
infidelitatem; Uoluerunt enim consilium dare dño ne
moreretur. qui uenerat mori ne ipsi morerentur. Sic
etiā quodā alio loco petrus sc̄s diligens dñm sed adhuc
non plene intellegens cur uenisset timuit ne moreretur
et turpe displiceret id est ipsi dño; Cum ergo uellent dare
consilium homines dōe. discipuli magistro. seruidñe. ae
groti medico. Corripuit eos et ait; Nonne duodecim ho
res sunt dies si quis ambulauerit in die non offendit.
Nesequitur enim si non uultis offendere. nolte mihi consili
um dare. quos a me consilium oportet accipere. Quod
ergo pertinet nonne duo decim horae sunt dies qui ad die
se esse ostenderet. duodecim discipulos elegit; Si ergo
sum inquit dies et uos horae. nūm quid horae diei consiliū
dant. horae diem secuntur. non horas dies; Si ergo il
li horae. quid tibi iudas. et ipse inter duo decim horas; Si
hora erat. lucebat. Si lucebat. quomodo diem ad mortē
tradebat. Sed dñs in hoc uerbo non ipsum iudam sed suc
cessorem ipsius praueudebat; Iuda enim cadente suc
cessit mathias. et duo denarius numerus mansit; Non
enim frustra duo decim discipulos elegit. nisi quia ipse
sp̄s talis est dies; Sequantur ergo hodie sae diem. praedi
cent horae diem. horae inlustrantur ad hanc. horae inlu
minantur a die. per horarum predicationē. credat.

mundus diem; ergo ait Deo compendio; me sequimini si non
 uultis errare; Et post hoc dicit eis; Lazarus amicus noster
 dormit; sed uado ut a somno excitem eum; Uerum di-
 xit; sororibus mortuus erat; dno dormiebat; homi-
 nibus mortuus erat; quieum suscitare non poterant;
 Nam dñs tanta facilitate suscitabat de sepulchro; quanta
 tu non excitas dormientem delecto; Ergo secundum
 potentiam suam dixit dormientem; quia et alii mortui
 dicuntur inscripturis saepe dormientes; sicut apostolus
 dicit; De dormientibus autem noluo ignorare; sicut
 et ceteri qui spem non ha-
 bent; Ideo et ipse dormientes appellauit; quia resur-
 recturi sunt; Et in alio loco; om-
 nes quidem dormiemus; sed non omnes re-
 surgemus; mortem nostram dormitionis nomine
 significans; Nam corpus dum deseruit ab anima
 dormit in sepulchro; resuscitandum in nouis simodix;
 Animae uero dum deserunt corpora; diuersas recep-
 tiones habent; Gaudium bonae; male tormenta;
 Sed cum facta fuerit resurrectio; et bonorum gaudium
 amplius erit; et malorum tormenta grauiora; quan-
 do cum corpore torquebuntur; Dum dñs de dormi-
 tione amici dixerat discipulis; responderunt quomo-
 do intellexerunt; Dñe si dormit; saluus erit; Solent
 enim esse somnia aegrotantium salutis indicia;
 Dixerat autem ihs de mortuo; Illi autem putauerunt;
 quia de dormitione somni diceret; Tunc ergo dixit
 eis ihs manifeste; Sub obscuritate enim dixerat dormit;
 At ergo manifeste; Lazarus mortuus est; et gaudes propter uos

ut credatis quia non ibi eram. sed scio quia mortuus est;
Aeger enim non mortuus fuerat nuntiatus; sed quod
lateret eum qui crederat. et ad cuius manus anima
morientis exierat. hoc est quod ait. Gaudet propter uos
ut credatis quia non ibi eram. Ut iam inciperent admi-
rari. qui ad hunc potuit dicere mortuum. quod nec uiderat
nec audierat; ubi sane meminisse debemus. quod ad huc
etiam ipsorum discipulorum qui eum iam credide-
rant. miraculis aedificabatur fides; non ea quae mes-
se coeperat cresceret. quamuis talis uerbo usus sit. qua
sit tunc credere inciperent; non enim ait gaudet propter
uos ut uera fides augetur siue firmetur. sed ut credatis;
quod intellegendum est. ut amplius ro-
busti
usque credatis; sed eamus ad eum; dixit ergo
mas quid dicitur diximus ad discipulos suos; eamus
et nos. et moriamur cum eo; uenit itaque ibi et inuenit
eum quattuor dies iam in monumento habentem; de
quattuor diebus multa quidem dici possunt. sicut se habent
obscura scripturarum; quae pro diuersitate intelligenti-
um multos sensus parunt; Diximus et nos quid nobis in-
deatur significare mortuus quattuor diebus; quomodo
enim in illo caeco intellegimus quodam modo humani
genus; sic forte et in isto mortuo multos intellegimus
mus; Diuersis enim modis una res significari potest;
Homo quando nascitur iam cum mortuus est. quia
de adam peccatum trahit; unde dicit apostolus;
per unum hominem peccatum intrauit in mundum;
et per peccatum mors. et ita in omnes homines per-
transiit. in quo omnes peccauerunt; ecce habet

mundum & mortis. Quod homo trahit de morte pro
 pagine, deinde crescit incipit accedere ad rationem lesam
 nos ut legem sapiat naturalem, quam omnes habent in
 corde fixam; Quod tibi fieri non vis, alio non feceris;
 Numquid hoc de paganiis dicitur: et in omnia terra ipsa
 quodam modo legitur & furtum vis pacis utique non vis.
 Ecce lex in corde tuo; Quod non vis pacis facere noli, et
 hanc legem transgrediuntur homines; Ecce aliter dies
 mortis: data est etiam lex diuinitus per famulum dei mo
 rse dictum est illic non occides, non mechaberis
 non falsum testimonium dices, honora patrem et ma
 trem, non concupisces rem proximi tui; Ecce lex scrip
 ta est et ipsa contemnitur; Adde tertium diem mor
 tis; Quid restat & uenit et euangelium praedicatur
 regnum caelorum, diffundatur ubique xps, iunxit
 gehennam uitam promittit aeternam, et ipse contem
 nitur transgrediuntur homines euangelium;
 Ecce quartus dies, ortus, merito tam puer, numquid
 et talibus neganda est misericordia absit; Etiam ad
 tales dñs excitandos non dedignatur accedere; mul
 tarem ex iudaeis uenerant ad martham et mariam
 ut consolarentur eas de fratre suo; Martha ergo ut cog
 nouit quia hñs uenit occurrit illi; Maria autem domi
 sedebat; Dixit ergo martha ad ihñm, Dñe si uis ses hñs
 frater meus non esset mortuus, sed et nunc scio quia
 quaecumque poposceris a dō dabit tibi dñs; Non dixit sed
 et modo rogo te ut suscites fratrem; Unde em scio bat
 si frater eius resurgeret & utile fuerat hoc tibi tunc dixit;
 scio quia potes si uis facis, utrum autem ut facies iudicaturus

non praesumtionis meae, Sed omnino scio quia que
cumque poposceris a deo dabitur tibi, Dicit illi ihesus resurget
frater tuus, Dicit emartha, Scio quare surget in re
surrectione in nouissimo die, De illa resurrectione
securus sum, De hac incertus sum, Dicit ei ihesus, ego sum resur
rectio, Dicit resurget frater meus in nouissima die,
uerum est, Sed per quem tu resurget potest et mo
do resurgere, Quia ego sum resurrectio eterna, Ideo
resurrectio quauita, Quia quicquid dicit in me non morie
tur in aeternum, Quid est hoc quicquid in me, etiam si mor
tuus fuerit uiuet, Sicut lazarus mortuus est et uiuit,
Quia non est deus mortuorum, sed uiuorum, Deo enim mortuis
patribus, hoc est de abraham deis aao deo iacob, taliter
ponsum iudaeis dedit, Ego sum deus abraham et isis
aao et deus iacob, non est deus mortuorum, sed uiuorum,
Omnes enim illuminant, Crede ergo et si mortuus fue
ris uiues, Si autem non credis, et cum uiuis mortuus
es, Unde est ergo mors in anima, quia non est fides in ea,
Unde est mors in corpore, quia non est ibi anima, Ego
anima et tuae anima fides est, Sicut anima corporis ui
ta est corporis, ita fides animae uita est animae, Qui
credit in me inquit etiam si mortuus fuerit in carne ui
uet in anima, Donec resurgat caro, numquam postea
moritura, hoc est quicquid credit in me licet moriatur uiuet,
Et omnis qui uiuit in carne et credit in me, et si mori
tur ad tempus propter mortem carnis, non morietur
in aeternum propter uitam spiritus, et in morte uita est re
surrectionis, hoc est ait, et omnis qui uiuit et credit in
me, non morietur in aeternum, Credis hoc ait illi, utiq;

dne ego credidi quia tu es xps filius di. qui mundum
 uenisti. Quando hoc credidi quia tu es resurrectio cre
 didi quia tu es uita. credidi quia qui credit in te et si mo
 riatur uiuet. Qui uero et credit in te non morietur
 in aeternum. Et cum haec dixisset abiit et uoca
 uit mariam sororem suam silentio dicens. Magister
 adest et uocat te. Ad uertendum est quem admodum sub
 pressam uocem silentium nuncupauit. Nam quomodo si
 luit quae dixit magister adest et uocat te ad uertendum
 etiam quem admodum euangelista non dixerit ubi uel
 quando uel quomodo mariam diuocauerit. ut hoc in uer
 bis marthe potius intellegeretur. narrationis ueritate
 seruata. Illa uero audiuit surgit cito et uenit ad eum.
 Non dum uenerat ihu in castellum sed erat adhuc in il
 lo loco ubi occurrerat ei martha. Iudei igitur qui erant
 cum illa in domo et consolabantur eam. Cum uiderent
 mariam quia cito surrexit ^h ad monumentum ut ploret
 ibi. Quare hoc pertinuit ad euangelistam narrare ut
 uideamus que occasio fecerit ut plures ibi essent in quan
 do lazarus resuscitatus est. Putantes enim iudei prop
 terea illam festinare ut doloris sui solacium lacrimis
 quererent fecerunt eam ut tam grande miraculum
 quadriiduum mortui resurgentis testes plurimos in
 ueniret. Maria ergo cum uenisset ubi erat ihu uident
 eum cecidit ad pedes eius et dixit. Dne siue fuisset fra
 ter meus non esset mortuus. Ihu ergo ut uidit eam plo
 rantem et iudeos qui cum illa erant plorantes fre
 mitu spu et turbauit seipsum et dixit. ubi posuisti eum
 Aliquid nobis insinuatum fremendo spu et turbando

h. cecidit secut.
 sunt caecitates.
 quia uia dicit.

seipsum; Quis enim eum posset nisi seipsum turbare in
que primobie adtendne potestatem. et sic inquirere sig
nificationem; Turbari uolens turbatur xps quia uo
luit. Esurunt ihs uerum est qui uolunt; Dormiunt
ihs uerum est. sed quia uolunt; Concretis tatus est ihs: ue
rum est. sed quia uolunt; Mortuus est ihs: uerum est
sed quia uolunt; in illius potestate erat si uel sic affici
uel non affici; Uerum enim animam suscepit. et ar
nem totius hominis sibi coaptans; in persone unitatem
naturam. Nam et anima apostoli uerbo inlustrata est.
Anima pauli. et anima petri uerbo inlustrata est; Aliorum
apostolorum scorum prophetarum uerbo inlustrata sunt
anime. sed denull adiectum est uerbum caro factum est.
denull adiectum est ego et pater unum sumus; Anima
xpi et caro xpi cum uerbo diuina una persona est. unus xps est.
Deper hoc ubi summa potestas secundum uoluntatis nunt
turbatur infirmitas. hoc est turbatur semetipsum;
Dixi potestatem adtendne significationem. magnus
natus est. quoniam illa qua triduanus illa significat
sepultura; Quid est ergo quod turbat semet ipsum xps?
nisi ut significet tibi quomodo turbari tadebas. cum tan
ta mole peccati grauaris et praemeris; Adtendisti
enim tu uidisti te reum. cum putas tibi illud fecisset
peperit tibi; Illud commisi. et didisti tibi me. euangelium.
Audi uerum contemsi diu lacrimando; baptizatus sum.
et iterum ad eadem reuolutus sum; Quid facio quod eo
tande euado? Quando ista dicit iam fremit xps. quia
fides fremit. in uoce frementis; apparet spes resorgen
tis. ipsa fides in uisibilibus xps fremens; Si fides in nobis

xpi in nobis; Quidem alud ait apostolus. habitat
 xpi per fidem in cordibus uestris; Ergo si fides tua de xpo
 xpi est in corde tuo; Ergo si fides tua de xpo in corde tuo; fle
 uit ergo xpi amicum mortuum quem uenit resuscita
 turus; Quare enim fleuit nisi quia hominem fletudo
 cur opressum pondere peccatorum; quare fremuit et
 turbauit semetipsum nisi quia fides hominis si bime
 rito displicentis; fremere quem admodum debet in
 accusationem malorum operum. in uolentia e penitendi
 decedat consuetudo peccandi; & dixit ubi posuisti eum.
 Scis quia mortuus sit. et ubi sit sepultus ignoras. et ista
 significatio est; Non aui sussum diceret nescit quidem
 illenescit sed quia nescit unde hoc probamus; Dnm au
 didiceturum in iudicio non nouos; Disce dite ame;
 Quid est non uos noui in lucem ea non uos in deo in illa ius
 tina quam noui; Sic ethic tamquam nesciens talem pecca
 torem dixit; Ubiposuisti eum talis est uox dnm in para
 diso postea quam peccauit. adam ubi es dicunt ei. Dne
 uenit uide; Quid est uide miserere; uide tenim dnm quan
 domiseretur; Unde illi dicitur; Uide humilitatem me
 am. et laborem meum et dnm te omnia peccata mea;
 lacrimatus est xpi; Dixerunt ergo uideri; ecce quem modo
 amabate eum; non ueni uocare iustos sed peccatores in
 paenitentiam; Quidam autem dixerunt ex ipsis non pote
 rat hic quia per uis oculos cecifacere. ut hic non moriretur
 Quinoluit facere ut non moreretur. plus est quod factu
 rus est ut mortuus suscitetur; Jhs rursus fremens in se
 metipso uenit ad monumentum; fremat et in te si dispo
 nis reuiuiscere. Omni homini dicitur qui premitur pessi

/ quid est ama
 bat eum

ma consuetudine; Venit ad monumentum; Erat autem
spelunca. et lapis superpositus eratei; mortuus sub lapi
de; reus sub lege; Scitis enim quia lex que data est iude
is in lapide scripta est; Omnes autem ei sub leges sunt;
Veni uentes enim in legem non sunt; iustolex positus non
est; Quid est ergo lapidem remouere? gratia prae dica
re; Apostolus enim paulus ministrum sedicit noui testa
menti; non littere sed spū; Nam littera inquit occidit
spū autem uiuificat; Littera occidens; quasi lapis est p
mens; Remouete inquit lapidem; Remouete legis
pondus; gratiam prae dicite; Dicitei martha; sorore iur
qui mortuus fuerat; dñe iam se tet; quatrduanus enī
est; Dicite ihs; nonne dixi; qm̄ si credideris uidebis gloria
di; Quid est uidebis gloriam di; quia et putentem et qua
triduanum suscitauit; Omnes enim peccauerunt; et egent
gloriam di; Ubi abundauit peccatum; superabunda
uit gratia; Tulerunt ergo lapidem; Ihs autem eleua
tis sursum oculis; dixit; pater gratias ago tibi qm̄ audisti
me; Ego autem sciebam; quia semper me audis; sed prop
ter populum qui circum stat dxi; ut credant quia tu me
misisti; Haec cum dixisset; uocem magna clamauit; fre
mitu lacrimauit; uocem magna clamauit; Quam dñs
resurgit; quem moles malae consuetudinis premit; Sed ta
men surgit; occulta gratia inuis uiuificabatur; Surgit
post uocem magna; quid est factum? uocem magna clamauit;
laza reueni foras; et statim pro dicit qui fuerat mortuus li
gatus; ligatus pedes et manus; et facies illius sudarioe
rat ligata; Quomodo processit ligatis pedibus mirari
ei non miraris quia resur rexit quatrduanus; in utroque

potentia dñierat. non uires mortui; Processit. et adhuc
 ligatus est. adhuc inuolutus. tamen foras iam processit;
 Quid significat quando contemnis mortuus iaces; & si
 tanta quanta dixit contemnes. sepultus iaces; Quando
 confiteris. quid est enim procedere. nisi ab occultis uelut
 exeundo manifestare. Sed ut confitearis. id est facit uoce
 magna clamando. Id est magna gratia uocando; Ideo
 cum processisset mortuus adhuc ligatus confitens. et ad
 huc reus. Ut soluerentur peccata eius ministris hoc dixit;
 Soluite illum. et finite abire; Quae soluerint in terra
 erunt soluta et in caelis. Potuit enim ligamenta soluere
 qui mortuum resus citauit. sed propter unitatem scēdē
 ecclesiae. et in diuina caritatem. dicitur ministris
 id est discipulis xpī. soluite eum. quia sine unitate
 catholicae fidei et caritate ecclesiasticae scētatis.
 peccata non soluuntur; multi autem ex iudeis
 qui uenerant ad mariam et uiderunt quae fecit
 ih̄s. crediderunt in eum; Quidam autem ex ipsis
 abierunt ad pharisaeos. et dixerunt quae fecit ih̄s.
 non om̄s ex iudeis qui conuenerant ad mariam cre
 diderunt. sed tamen multi; Quidam uero ex eis. si
 ue ex iudeis qui conuenerant. siue ex eis qui credi
 derant. abierunt ad pharisaeos. et dixerunt eis quae
 fecit ih̄s; Siue ad nuntiando ut et ipsi credent.
 siue potius prodendo. ut se uident; Sed quomodo
 libet. et a quibus libet. ad pharisaeos ista plata sunt;
 Colligebant pontifices et pharisaei. consilium. et dice xxviii
 bant; credamus; Plus enim perdit homines cogita
 bant. quomodo nocerent ut perderent. quā quomodo
 quid faciemus. peccata me dicebant.

sibi consulerent neperarent; et tamen timebant. et qua
si consulebant; Dicebant enim; quid faciemus quia hie ho
mo multa signa facit. si dimittimus eum. si omnes cre
dent in eum; Et uenient romani et tollent nostrum
locum et gentem; Temporalia perdere noluerunt.
et uitam aeternam non cogitauerunt; Ad sic utrumq;
amiserunt; Nam et romani post dñi passionem et glori
ficationem tulerunt eis locum et gentem. et pugnando et
transferando; et illud eos sequitur. quod alibi dicitur est;
filii autem regnabunt ibunt in tenebras exteriores; hoc aut
timuerunt. ne si omnes in xpo crederent. nemo remaneret.
quia aduersus romanos ciuitatem dei templumq; defendere. et
qm̄ contra ipsum templum et contra suas paternas leges.
doctrinam xpi esse sentiebant; Unus autem ex iis eui
phas cum esset pontifex annullius dixit eis; uos nescitis
quicquam nec cogitatis. quia expedit nobis ut unus homo
moriatur pro populo. et non tota gens pereat; hoc aut
a se metipso non dixit. sed cum esset pontifex annullius
prophetauit; hie docuit etiam per homines malos. pro
phetiae spm̄ futura pdicare; quod tamen euangelista
diuino tribuit sacramento. quia pontifex fuit id est
summus sacerdos; Potest autem mouere quomodo
dicatur pontifex annullius. cum dñs statuerit unum
summum sacerdotem; cui mor tuo. unus succedat;
sed intellegendum pambitiones et contentiones int̄
iudeos postea constitutum. ut plures essent. et per
annos singulos uicibus ministrarent; Nam zacha
ria hoc dicitur. factum est autem ut cum sacerdo
tio fungeretur. in ordine uicis suae antedñm. secun

dum constitutionem sacerdotu forte exire. ut incen-
 sum poneret. ingressus in templum dñi. hinc apparet
 plures eoffuisse. et uices suas habuisse; nam incen-
 sum non licebat ponere. nisi summo sacerdoti;
 et forte etiam unum annum plures administra-
 bant. quib; alio anno abis succedebant; ex quibus
 forte exirebat. quincensum ponerent; quid
 est ergo quod prophetauit. caaphas. quia istimo
 ruitus erat progente. Non tantum progente.
 sed ut filios di quierant dispersi congregaret in
 unum; Hoc euangelista. addidit. Nam ca-
 phas desola iudeorum gente prophetauit. in qua
 erant oues. de quibus ait ipse dñs. Non sum mis-
 sus nisi ad oues quas perierunt domus israhel;
 sed nouerat euangelista. alias oues quae non
 erant de hoc ouili. quas oportebat adduci
 ut essent unum ouile. et unum pastor;
 Haec autem secundum praedestinationem dic-
 talunt. quia neq; oues eius. nec filii. adhuc
 erant. quia nondum crediderant; ab illo er-
 go die cogitauerunt. ut inter fierent eius.
 Ihs ergo iam non palam. ambulabat
 apud. iudeos. sed abiit in regionem. iuxta
 desertum in ciuitatem que dicitur efrem.
 et ibi morabatur. cum discipulis suis; non quia
 potentia eius defecerat. in qua utiq; si uellet
 et palam cum iudeis conuersaretur. et nihil
 ei facerent; sed in hominis infirmitate. ut
 uentis exemplum discipulis demonstrabat;

in quo apparet et non esse peccatum si fideles eius
qui sunt membræ eius oculis persequentium sese sub
traherent; et furor em sceleratorum latendo po
tius deuitarent; Sciebat ih̄s tempus adpropin
quasse passionis suae et redemptionis nr̄ae;
Adpropinquante tempore in quo pati disposuit
adpropinquauit ille et loco in quo eiusdem passio
nis dispensationem perficere uoluit; Dicit enim
euangelista proximum erat pascha iudeorum;
Illum diem festum iudei cruentum habere dñi san
guine uoluerunt; illo die festo occisus est agnus qui
nobis eundem diem festum suo sanguine consecra
uit; Consilium erat inter iudeos de occidendo ih̄u
ille quidē caelo uenerat pati propinquare uoluit
loco passionis quia imminēbat hora passionis;
Ascenderunt ergo multi in bethaniam de re
gione antepascha ut sacrificarent seipso; hoc
faciebant iudei secundū preceptum dñi per
sc̄m moysen in lege datum ut die festo quo
pascha erat omnes undiq̄ conuenirent
et illius diei caelebratione sc̄ificarentur;
sed illa caelebratio umbra erat futuri;
quid est umbra futuri propheta xpi uenturi
propheta pronobis illo die passuri; ut et
transiret umbra et lux ueniret ut trans
siret significatio et ueritas teneretur;
Habebant ergo iudei pascha in umbra non in
luce; quid enim opus erat ut dñs eis pr̄
ciperet per ipsum diem festum quem occi

dere. nisi quia ille erat de quo propheta tumeserit
sicut ouis ad immolandum ductus est; sanguine
occisi peccatoris iudeorum postes signati sunt; san-
guine xpi frontes nri signantur; et illa signi-
ficatio qua erat significatio dicta est. ab omni-
bus signatis exterminatorem prohibere; sig-
num xpi a nobis expellit exterminatorem. sicut
nostrum recipiat saluatorem; Querebant in-
quid euangelista ihm; Et conloquebantur ad in-
uicem stantes in templo; quid putatis quia non uenit
ad diem festum; Querebant ergo iudaei ihm. sed ma-
le. querebant eum. ut uenientem ad diem festum
interficerent; queramus autem nos illum stantes
in templo. et per se uenientes unanimiter in ora-
tione; et conloquamur ad inuicem. psalmis. him-
nis. canticis spiritualibus in gratia. postulantes ip-
sum ut uenire ad diem festum nostrum. et suam nos
presentia inlustrare. sua ipse nobis dona scifica
redignetur; Dederant autem pontifices. et
pharisei mandatum. ut si quis cognouerit ubi
sit in diebus. ut adprehendant eum; mandatum
ergo iudeorum. peccatum est illorum.
quererebant xpm occidere. non in xpo uiuere.
queramus nos in xpo uiuere. quem illi quere-
bant occidere; Illi male quererebant. nos be-
ne queramus; nam nunc est tempus querendi
dum. sicut propheta ait; Querite dominum
et inuenire potestis; qui misericordem in eum

inuenire uelit in uicino. quærat eum deo inbumi-
litate et carnis officio; Sciens autem dñs con-
spirasse de se occidendo iudeos non fugit in sedi-
tantium manus. sed certus de gloria resurrectionis
sibi. Primo uenit bethaniam proximam hiero-
solumis ciuitatem. ubi lazari suscitauerat
amortuis; Deinde etiam hierosolimam ubi
sepatoreretur. et resurgeret mortuis; Hiero-
solimam quidem. ut ipse ibi moreretur; betha-
mam uero. ut resurrectionis lazari. cunctarum
memoriae artus imprimeretur. et magis magisque
confunderentur. atque inexcusabiles conuincerentur
in ipis principes. qui occiderent non timerent
eum. qui suscitare posset mortuis; et nec bene-
ficius suscitacionis puocati. nec diuina susci-
tacionis uirtute perterriti. animos ab iniusticia ca-
dere traherent; nec transitoriae legendum
est. Quare ante sex dies paschae uenit in
bethaniam; magna uero dignitas. senarium
meritum in seipis scripturis. et multa opera
dñi in nostri in senario numero perfecta
esse demonstrantur; quia senarius numerus
in seipso. per suas proprias partes diuisus uel
coniunctus. perfectissimus esse constat;
Habet enim partes tres in seipso denominatas;
id est unum. duo. et tres; nam sexta eius
pars unum est. tertia uero. duo. dimi-
dia itaque tres; unum uero. et duo. et tres.

sex esse dicitur; nec aliud ex his tribus partibus con-
iunctis confici potest. nisi sex tantum; nec ⁱⁿ alias par-
tes senarius numerus diuidi potest. nisi in has tres.
id est. unum duo et tres; Nam ipse dñs. creator omni-
um. huius mundi creaturas sex diebus perfecisse
notissimum est; Et sextadie hominem fecisse constat
quem serpens fraude perditum. ante sex dies pas-
chae uenit ipse filius dī. per quem creatus est bethania
ad liberandum. ut qui sextadie creatus est. sexta fe-
ria liberaretur; nam sexta feria xp̄m esse passum.
nemini ignotum esse reor; Igitur et mense sexto
annuntians archangelo. uirgo. sacra inspiratione
sp̄s sc̄i. eundem redemptorem nostrū concepisse le-
gitur; quae etiam sexta hora perfecta aetate.
supputeum sedens. mulieri samaritanae diuini fon-
tis fluentia aperire dignatus est; sexta quoque aeta-
tem mundi ipse creator. ad redemptionem mundi.
iuxta fidem sacrae historiae uenisse iam legitur;
Habent quoque haec tres partes id est unum et
duo et tres. ex quibus ut diximus senarius conf-
tat aliquid misterii. in dispensatione salutis huma-
nae; Pri^{mo} itaque tempore sub lege nature. uelut
in qua etiam unitate sc̄i patres dō seruiebant;
Secundo uero tempore. lex addita est ad naturam.
ut quod mala consuetudo uertit in iura. lex
reformaret in littera; et fuerit duo natura et
lex; Tertio itaque tempore. uenit gratia caelestis
p̄m xp̄m. et sunt tria. natura lex et gratia;
Sicut nec lex naturae bonū destruit. nec gra-

ta legem soluit. sed adimpleuit. naturamque prorsus red-
didit. nobilitati; naturam tamen et lex sine gratia imple-
re non potuit. Nec sic homini liberum arbitrium datum
est. uel legis praeceptum. ut gratiae non indigeret;
Sicut pelagiana hereses adfirmat; Et ne dicerent ma-
chinatores calumniarum. fantasice suscitatum fuisse se-la-
zarum. Facta ibidem caena. et ipse unus erat ex discum-
bentibus. Cum eo; ut dum uiuentem ^{loquen-} epulantem; cum suis
familiariter conuersantem uiderent. siue audirent.
uel sic suscitantis potentiam agnoscerent. et accipe-
rent gratiam; in facie uitem caena haec dominica
ubi martha ministrabat. et lazarus in alios discum-
bebat. fides est ecclesiae. quae dilectionem operatur.
in qua caena martha ministrat. cum anima quaeque fidelis
operam domino suae deuotionis impendit; Lazarus uero
unus fit ex discumbentibus cum domino. Cum etiam hi qui
post peccatorum mortem resuscitati ad iustitiam sunt.
una cum eis qui in sua permansere iustitia. de presenta
ueritatis exultant. patientes simul cum innocentibus
caelestis gratiae muneribus aluntur; et bene eadem
caena in betania celebratur. quae est ciuitas in la-
tere montis oliueti. et inter pretatur domus oboe-
dientiae; Domus namque oboedientiae ecclesia est. quae
fideliter dominum iussis obtemperat. et ipsa est ciuitas quae
super montem misericordiae constituta. nunquam
potest abscondi. ipsa quae de sinu latere conseruita
redemptoris. id est aqua ablutionis et sanguinis sa-
crificationis quae de ipsius latere profertur orientis exire
imbuta est. ubi etiam altera soror lazari maria
in imagine inchoam dilectionis. sicut sequentia mon-

143
trant euangelicae lectionis; Accepit libram ungenti
nardipistici pretiosi; et unxit pedes ihu. et ex ter sit
capillis suis pedes eius; Quonon solum sua edat inditi
um deuotionis sed et aliarum fidelium dō animarum
signat pietatis obsequium; maria autem accepta li
bram ungenti nardipistici pretiosi; quidnamq; per
libram ungenti nisi perfectio iustitiae exprimitur quod
unguentum ex nar do pistico idē nar do fideli; nam
pistis grece fides latine dicitur; Sine fide enim dō
placere impossibile est. nec bona fama sine fide catho
lica fieri poterit; O homo ungue pedes ihu bene ui
uendo. dominica sectare uestigia. et capillis ex terge.
ac si ab eis superflua pauperibus erogare; hoc est capil
lis pedes ihu tergere; quae tibi superflua sunt pedi
bus dñi necessaria sunt; Id est minimis quibusq; in eccle
sia de quibus in fine dictu ruserit dñs. quam diu fecistis
ex minimis his mihi fecistis; Domus autem repleta est
odore; id est ecclesia uitae religiosae fama bona;
Nam odor bonus est. ut bona; Audi apostolum xpi;
bonus odor fumus inquit in omni loco; Et in cantica can
ticorum. Unguentum effusum nomen tuum; Item
dum esset rex in acubitis suis. nardus mea dedit odo
rem suum; Ubi aperte quid maria semel fecerit;
tipice autem quid omnis ecclesia quid anima q; per
fecta semper faciat ostenditur; Dicit ^{ergo} unus ex discipu
lis eius iudas scariothis qui erat eum traditurus;
quare hoc unguentum non uenit tricentis dena
ris et daturum est egenis. uae impio traditori. uae
complicibus eius nequitiae etiam nunc membra xpi
persequentibus; qui famam uirtutis quam ipsi habere
non merentur. proximis qui habent inuidere non
cessant; Et quidem putare possumus iudam cura
h dicitur esse confectū; quidem unguentū nisi bonus
odor opinionis insinuat. Et hoc unguento ex nar do pistico.

pauperum haec fuisse locutum. sed prodit mentem illi
s us testis uerax quia ait; Dixit autem hoc non quia
s de egenis pertinebat ad eum. sed quia fur erat et o
s culos habens. ea quae mittebantur portabat; non er
go tunc iudas perit quando pecunia corruptus
dnm prodidit. sed iam perditus dnm sequebatur.
qui oculos habens dominicos. ea quae mittebantur
portabat in ministerium pauperum. quae etiam in
fidelimente furare solebat; uidens ergo dñs cor illi
us cupiditatis iam sordide pollutum. praeuidens peiori p
ditionis sordide polluendum. commisit eius fidei quic
quid habebat in sacculis. eumque de his quae uellet
facere permisit. ut uel conlata honoris uel habite
memoria pecunia e mentem ab ipsius uenditione reuo
caret. uerum quia semper auarus eget. nequumquam
beneficiorum perfidus meminit. impius a furto pecu
nae quam portabat peruenit ad traditionem dñi. qui
s pecuniam sibi seruandam comendabat; Dixit ergo
s ih̄s; sine illam ut in diem sepulturae meae seruet
s illud; quasi innocenter interroganti iudae dñs sim
pliciter et mansuete quod ministerium mariae per
tineret exposuit. quia ipse uidelicet mortuus
et ad sepeliendum aromatibus esset unguendus; Ideo
q; mariae cui adunctionem mortui corporis eius
quamuis multum desideranti peruenire non liceret.
Donatum sit uiuenti adhuc impendere obsequium. quod
post mortem celeri resurrectione p̄uenta nequiret;
unde bene marcus dñm de illa dixisse testatur. quod
habuit haec fecit. praeuenit unguere corpus meum
in sepulturam; quod est apte dicere; quia corpus
meum iam defuncti tangere non potuerit. solum
quod potuit fecit; Praeuenit uiuum. adhuc fune

randi officio donare; Pauperes enim semper habetisuo
 biscum. me aut non semper ab eis. Ethic magne. mo
 deramine patientiae dñs non uclam arguit auari
 tiae. et non pauperum gratia de pecunia loqui. sed
 ex iratione demonstrat non eē culpandos eos qui ei
 inter homines conuersant de facultatibus suis
 ministrarent. cum tam paruo tempore ipse apud
 ecclesiam corporaliter mansurus; Pauperes
 autem quib; elemosina fieri posset. In eis semper
 essent habendi; Cognouit ergo turbam multa ex iu
 daeis quia illic est. Et uenerunt non propter ihm
 tantum. sed ut lazarus uiderent quem suscita
 uit amor tuis; Curiositas hos non caritas ad duxit
 ad ihm. sed nos uersa uice. fratres carissimi sic nos
 cimus ubi ih̄s est. ubi mansionem facit ubi bethania
 id est domum anime obediētiā in qua habitet
 inuenit. Ueniamus illuc contemplatione. non pp
 ter hominem tantum. quem amore anime susci
 tātū spiritualiter uiuere donauit. sed ut bonū
 hominis uitam imitando. per hoc ad uisionem ih̄u
 per tingere mereamur. quia pro certo cognoui
 mus ubi ih̄s est; Resurrexit enī post mortem
 et ascendit in caelū. ibi habet mansionem per
 petuam. ipsa est uera bethania ciuitas
 scilicet caelestis. quam nullus ualet nisi boe
 diens intrare; Cogitauerunt autem principes
 sacerdotū. ut edazarū inter ficerent. quia mul
